

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De pœnis blasphemо impositis, vel à Iudice imponendis. §. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

De Tentatione Dei, blasphemia, Sacrileg.

310

ceptionem, & tu commodè potes illum defendere obiurgatione, & reprehensione delinquentis, ex precepto Religionis, vel charitatis obligaris; quia obligaris hac mala auertire, & Deum innocentissimum defendere, quod fieri possit. *Sic Sanch. lib. 2. in decal. c. 35. n. 9. post med. Aegidius de Coninch. disputat. 28. de correct. frater. dub. 1. n. 4. Et dubit. 6. num. 108.*

4. Circa secundam obligationem de denunciatione facienda iudicii confitans est omnium sententia, audientes affici: quia sic cautum est in supradicto decreto Concilii Lateranensi, & à Julio III. in sua constitutione, qua incipit in multis, in quam mandatur audiencibus, ut contra triduum denunciationem faciant; alioquin pena blasphemie subdantur. Dubium tamen est; an premittenda sit correctione fraterna, si per hanc speratur emendatio? Placeat mihi premittendam esse; quia in hac denunciatione facienda principiū attendunt delinquentis emendatio, & periculorum impeditio. Si ergo hic suis fraterna correctione obtineri potest, non licet iudiciale facere; quia curandus est proximus ea minori iactura, qua fieri possit: *Sanch. alii relatis lib. 2. in decal. c. 32. in fine. Bocat. dis. 3. de primo decal. precepto q. 8. p. 1. in fine.*

5. Sed inquires, quibus iudicibus haec denunciatio facienda est? Respondeo: illis esse faciendam, quin hoc crimine procedere possunt. Hi sunt Inquisitores hereticorum prauitatis, si blasphemia hereticorum sit; quia de his blasphemis ipsi solum cognoscunt, & in aliis blasphemis non se possunt immittere. *Sanch. lib. 2. cap. 32. n. 37. Azor. lib. 9. c. 28. q. 5. Farinac. prax. q. 20. n. 39. Salzed. prax. cap. 113. ver. quandoque tamen. August. Barbol. 3. p. de pœnit. Episc. alleg. 50. n. 39. Eymeric. 2. p. direct. q. 41. n. 2. & ibi Pegna com. 66. & alij apud ipsos. Quid si blasphemia non sit hereticorum eius iudex est Episcopus ram clericorum, quam laicorum. Laicorum autem est etiam sacerdotalis iudex, inter quem, & Episcopum datur praeventio: tradunt Doctores in c. 2. de maledicis, per textum ibi. *Couarr. cap. quamvis pactum de paciis. 1. §. 7. n. 12. Azor. Sanchez Salzedo. Farinac. Eymeric. & Pegna supra. August. Barbola. num. 93. Et seqq.**

6. Cognito tamen viuis iudicis, & pœnit impositio in delicti mixto fio, si delicto adaequata sit, impedit quod alius index procedat: at si inadaequata sit delicto, non tollit, quin alius iudex procedere quoad condigna pœnit impositiōnem possit: *si Farinac. q. 20. n. 39. Couarr. 2. præl. cap. 10. n. 6. Anton. Gom. 1. 3. var. c. 1. n. 40. Pegna 2. p. direct. schol. 20. colum. 5. August. Barbol. 3. p. de pœnit. Episc. alleg. 50. n. 35. Bobadillo polit. lib. 2. c. 17. n. 98. Et c. 18. n. 234. Salzedo præl. c. 133. & alij apud ipsos. Verum cum pœnit ex circumstantiis occurrerint sum perfona, sum delicti sapientia minuantur, rato potest iudex sacerdotalis causam ab Ecclesiastico decisam, vel è contra Ecclesiasticus causam a sacerdotali decisam assumere iudicandam prætextu quo recte iudicata non fuerit, neque condigna pœnit pro delicto imposta; quia semper præsumendum est recte fusile iudicatum. Et in casu dubio iudicii decidenti item standum est. Neque alius contrarium declarare poterit: si alius non solum iudex erit delinquens, sed & iudicis. Colligitur ex Barbola supra. Vnde Farinac. q. 4. n. 7. Et seqq.*

§. V.

De pœnis blasphemie impositis, vel à iudice imponendis.

S V M M A R I U M .

1. *Ipsa iure nulla est, imponenda multiplex, tam ciuilis, quam iure canonico.*
2. *Pro hereticibus blasphemis abiuratio indicitur tanquam de hereti suscepit.*
3. *Pro aliis seruanda est Constitutione Pij V.*
4. *Iudex attendere debet qualitatem delicti, ut augeat, vel minuat pœnam.*
5. *Quid si delinquens incontinenti blasphemiam retrahatur, nulla, vel leuissima pœna sufficiendus est.*
6. *Blasphemus condemnatus à testimonio dicendo non repellitur.*

1. *Ipsa iure nulla est huic criminis pœna imposta, vt benedictus aduentus Suar. t. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. c. 7. imponenda tamen à iudice multiplex est tam iure ciuilis, quam canonico.*

Iure namque ciuilis blasphemis erat antiquius pœna mortis imposta: iuxta Authent. vt non luxurientur, s. præterea, collat. 6. & ibi Bart. Angel. Giofa, & communiter Doctores, vt testatur Menoch, de arbitrat. casu 375. n. 25. Couarr. in cap. quamvis pactum de paciis, 1. p. §. 7. n. 10. Iulius

Clar. in præf. §. blasphemie. vers. sed quod in princ. Farinac. lib. 1. præ. tit. 3. q. 20. num. 3. Sed haec pœna non habet locum nisi in blasphemante ex confutidine, vt tradit. Menoch. n. 26. Farinac. n. 41. Couarr. n. 10. fine. Quam confutidine non inducit binus, vel terminus actus, sed plures requiruntur, vt alii relatis Farinac. n. 43. August. Barbol. 3. p. de pœnit. Episc. alleg. 50. n. 101. Verum iam haec pœna mortis confutidine abrogata est, vt alii relatis docet Menoch. de casu 375. n. 26. Farinac. n. 64. Iure canonico varie pœna imposita sunt, hinc in cap. 2. de maledicis, pro clericis, in cap. si quis per capillum, 22. q. 1. vbi afficiuntur pœna depositionis sed in Concilio Lateran. sub Leone X. dicta sess. 9. & in confirmatione Julii III. qua incipit, in multis depanariis, & in alia Confirmatione Pij V. incipiente, cum primus Apollonius, quoniam tenorem refert Farinac. dicta 9. 20. à n. 62. & August. Barbol. a allegat. 50. à n. 97. varie tam pro clericis, quam pro laicis pœna designatur. Sed has constitutions testatur Suar. lib. 1. cap. 7. n. 3. vbi non esse receptas. Quapropter in punitione huius enimius specienda sunt constitutions, & statuta ciuitatum, & maxime consuetudo recepta, & secundum eam iudicandum.

2. *Si igitur blasphemia hereticis fuit quæ per Inquisitores punitur, debent sic delinquentes abiurare tanquam de hereti suscepit; & pro qualitate blasphemis debet esse abiuratio si deliquerit. Sapè, & leui carburatione ducti abiurant, tanquam de hereti vehementer suscepit. Si autem raro delinquentes, vel graui occasione ducti abiurant de levi si refutari. Eymeric. 2. p. direct. q. 41. num. 5. & 6. At Francie, Pegna ibi comm. 66. vers. ceterum, relato Simanch. & Ioann. Rops. testatur esse proximam receptam, si blasphemia atrociter, & illicet committens plebeus ducatur in publicum spectaculo alligata lingua, & myrram infame poterit, & flagellis cedatur, & in exilium mittatur. Quod si nobilis sit, sine myrra iudicatur, & in monasterium detrudatur ad certum tempus, pecuniariumque multam soluat, & quandoque compellatur ob suspicionem abiurare. In leuioribus autem blasphemis affirmat Inquisitorum iudicio relinquuntur. Regulanter tamen sic blasphemantem condemnari, vel aliquo de fello pallio, quod si pedibus, capite discoeperto, & cum circulo ascenso, & chorada succinctus Missam audiat, quæ peracta publicatur eius delectio, & sententia condemnatoria, quæ solet esse aliquis multæ pecuniariæ, vel ciuiniorum.*

3. *At pro aliis blasphemis, si clericus, sic censio seruandam esse Constitutionem Pij V. pro prima vice, qua condemnatus fuerit, priuetur fructibus viuis anni cuiuscumque beneficii posselli: pro secunda, omnibus beneficiis; pro terza, omnibus dignitaribus exodus in exilium mittatur. Quod si nullum beneficium habuerit, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice multetur; pro secunda, carceris mancipatur; pro tercia, verbalerit degradetur, & ad tristrem mittatur. Si autem blasphemus laicus fuerit, regulariter pro prima vice lingua alligata in publicum dicatur, & in exilium mittatur; Pro secunda, verbalerit: pro tercia, tristrem addicetur. Si autem nobilis sit, & blasphemus nec nimis atrocios, neque frequentes fuerint, pœna pecuniaria multetur, & in exilium pro tercia vice mittatur. Vide Couarr. cap. quamvis pactum de paciis, 1. p. §. 7. n. 11. Et August. Barbol. 3. p. de pœnit. Episc. Allegat. 50. à n. 102. Pro blasphemia in sanctos omnes adiutant iudicis arbitrio pœnam telinqui, vt reliqui Concilium Lateranense, & Pius V. in sua constit.*

4. *Adiutorio iudicem in impositione pœnit pro hoc solito attenderi debet tum qualitatem blasphemie, tum frequentiam, tum occasionem, & ex illis augere, vel minuere pœnam poterit: eaque de causa plures graevae Doctores ex timore hanc pœnam arbitriariam esse, vt alii relatis docet Menoch. dictio lib. 2. de arbitrat. casu 375. n. 30. Iulius Clavius §. blasphemie, ver. sed quod in princ. Farinac. q. 20. n. 66. Nunquam tamen exstimo esse occasionem minuendi pœnam, quod in illa proportione inualuerit consuetudo blasphemandi: immo tunc existimat augendam esse pœnam, vt alii contineantur, & tales abusus, & corruptula extirpear, & conseruato enim quod est contra naturalem non excusat, sed accusat, vt alii relatis docet Farinac. c. 44.*

5. *Ea tamen erit sufficiens occasio non solum minuendi pœnam, ita vt leuissima, vel nulla imponatur, si delinquens incontinenti blasphemiam retractauerit, & amequam è loco diffundat, signa contritionis exhibeat, v. g. persecutus peccatis, rettam deofulerit, vel aliud quid faciat; quia tunc pœnam potest incon siderare, & indeliberate, fusile locutum, & ex latitudine lingue, potius quam ex animo blasphemiam pronoufisse: si enim actione inuidiarum non teneat, & pœnam evitatur, qui alterum dehortentis incontinenti se retractat, vt pluribus fitmat Farinac. dictio quaf. 2. n. 59. à fornici excludandis est blasphemus, qui blasphemiam incontinenti retractavit: significans mihi cum Deo, quam cum hominibus agitur, vt bene ponderauit Farinac. n. 57. cum Arnold. Albert. tractat. de agno. affert. Cathol. & heretic. quaf. 28. n. 9. 13. Et 14.*

6. *Denuo*

6. Denique dubitari potest; an blasphemus post condemnationem repellendus sit à testimonio tanquam infamis? Ratio dubius est; quia ex iure civili non reputatur infamis, ut probat lex famosi, ff. ad leg. Iul. maius, ibi subiectum lingua non debet facilius trahi ad personam. Ex facto autem non potest dici infamis? quia haec infamia penitentia, & retractatione remittens abolevit; arque ita tradidit Bald. conf. 152. lib. 1. col. 1. quem sequitur Aymon, Saumilian, conf. 6. col. 2.

Dico ergo hunc blasphemum sic condemnatum à testimonio dicendo non repelli; quia, neque est infamis infamia iuris, neque facti, ut probat supradicta ratio: at eius testimonionum non est undeque firmum, sed aliquantum diminuit ex delicto facto, rameti castigato. Negant enim non potest ex obiectione blasphemie testimonium aliqua ex parte diminui, neque esse ita solidum, ut si nihil obici posset. At testis omni excepto maior est ille, cui nihil obici potest; quod suspicitionem ingenerat falsitatem, ut recte probat alius relatis Couarri, in Epitome decret. 2. part. cap. 8. §. ultimo, numero 7. & 8. Ergo blasphemus, cui blasphemia obici potest, non confutetur testis omni exceptione maior: sic Couarrus, in cap. quattuor paucum, de Pasc. 1. part. §. 7. num. 11. verf. Huius equidem, cum Alexand. Decio. Thom. Grammatico. Quod intelligendum censeo, dum recent fuit blasphemia, & illius declaratio. Nam si multum tempus transierit, verbi gratia, duobus, vel tribus annis, in quibus constat de illo virtio emendatum esse, censeo ob illam causam eius testimonium non infirmari, quod inihi probat ratio dubitandi.

P V N C T Y M III.

De Sacrilegio criminis Religioni opposito.

Si etymologiam nominis spectemus, sacrilegium idem est, quod rei sacra legium, sive furtum: & sic sacrilegus est qui sacrum legit, seu furatur: sic Isidorus lib. 1. origin. lit. 8. Quintilianus lib. 5. cap. 10. Ambrosius, Calepinus verbo *sacrilegium* Decian. tractat. criminis, lib. 9. cap. 14. Rub. de *Sacrilegio*, num. 9. & alij communiter. Aliquando nimis late sacrilegium sumunt pro quoquinque virtu religioni opposito: & sic comprehendunt quilibet profanum cultum, quia in eo Deus, qui est summae propriae offenditur: quia ratione D. Augustinus aliquid Patres idolorum sacrificia vocabant sacrilegia sacra, & pacta cum dæmonibus sacrilega pacta: sed haec acceptio sacrilegij propria non est. Propria ergo acceptio sacrilegij est, quia ex re facta à Deo diffinitæ lassone, seu violacione sumunt sic D. Thom. ab omnibus receptus. 2. 2. quæst. 99. art. 1. & 3. secundum hanc acceptiōnem, explicabimus, quid sacrilegum sit, quotuplex, quale peccatum, & quas penas habeat annexas.

§. I.

Quid sit Sacrilegium, & quotuplex.

S V M M A R I V M.

1. *Sacrilegium definitur.*
2. *Distinguitur ab illis vitiis superioribus, Puncto secundo enumeratis.*
3. *Sacrilegium sit per actionem involuntariam eius in cuius cultum res sacra dicata est: & ibi an simonia sacrilegium sit?*
4. *Triplex est sacrilegium circa personam, circa locum sacrum, circa res sacras.*
5. *Sub iis varia species continentur.*

1. *Sacrilegium definitur à D. Thom. 2. 2. quæst. 99. art. 1. quem omnes sequuntur, ut sit sacrilegium rei ieiuno, seu violatione. Nomina rei sacræ intelligunt illa, quæ lege diuina, vel Ecclesiastica in cultum Dei est destinata; si ergo huic cultui contrariares, rem sacram violas, & sacrilegium committis.*

2. *Ex hac definitione manifeste inferitur, sacrilegium distinguiri à peritio, à tentatione Dei, à Magia, superstitione, & blasphemia, & quolibet alio virtu, quo divina maiestas directe in te offenditur; quia sacrilegium non respicit immediatè ipsum Deum tanquam materiam, & obiectum, circa quod veritatur, qualiter recipit peritum, blasphemia, tentatio Dei, supersticio, &c. sed respicit rem creatam in cultum Dei destinata, cuius cultum derogat; ac proinde sacrilegium offendit Deum non se, sed in tebus ipsi dicatis: Sic Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. de *Sacrilegio in præcepto*. Lefsi. lib. 2. cap. 45. dub. 2. n. 7.*

3. *Solum est difficultas qualis debeat esse haec violatio? Caetan. dicta quæst. 99. art. 2. dicit debere fieri per actionem*

involuntariam illius, cuius res est, cum autem contra voluntatem Dei fiat, quia res sibi dicata; male tractatur; officium sacrilegum committi per actionem involuntariam respecta Dei. Ex quo inferi simonia non esse sacrilegum; quid sit consentiente parte, cuius res est. Addit de simonia separata à sacrilegio agere D. Thom. & Doctores. Ergo credunt à sacrilegio distinguiri.

*Fateor sacrilegium committi per actionem involuntariam illius, cuius res est, seu in cuius cultum est dicata: nego tamen inde inferi simonia verē, & propriè sacrilegum non esse, cum contra voluntatem Dei ematur, aut vendatur sacram. Neque obstat in tali venditione homines consentire, alia si Episcopus consentiret locum sacram profanari, res facta alienari, clericos ad facultate tribunal duci, sacrilegium non committetur. Quod non est dicendum: Ergo consensus partis non tollit sacrilegum: & ratio videtur manifesta, quia huiusmodi consensus non tollit, quin res faciat Deo dicata indebet tractetur, & Deus in tali tractatione offendatur. Ergo non tollit quin verē sacrilegum sit: arque ita docens Glossa in cap. Audinius 1. quæst. 3. per rect. ibi: *Lefsi. lib. 2. de ieiuni. cap. 45. dub. 2. in fine. num. 8. Suarez. tom. 1. de Religione. tract. 3. lib. 3. c. 1. num. 6. Azor. tom. 1. infit. moral. lib. 9. cap. 27. quæst. 8. Neque obstat de Simonia separata à sacrilegio agi, quia id sit oblatam eius materiam, & specialem eius rationem, non quia verē sub sacrilegio non continetur.**

4. *Triplex genus rerum sacrarum enumerati solet, & iuxta illud triplex genus sacrilegij distinguuntur. Primum est circa personas sacras. Secundum circa locum sacrum. Tertium circa res sacras. Sub iis generibus variae species sacrilegij comprehenduntur; sed nulla est, que sub aliquo membro huius divisionis non comprehendatur; ac proinde haec diuina tanquam apta ad explicacionem huius virtutis sufficienda est, cāmque sufficiunt Doctores cum Glossa in c. *sacrilegium* 17. quæst. 4. & Theologi cum D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. & 3. & Summilia, verb. *Sacrilegium*, Lefsi. dub. 2. Suarez. cap. 1. num. 8. Azor. cap. 27. quæst. 8. Valentin. disq. 6. quæst. 15. p. 1. in princeps Bonac. disq. 3. de primo decalog. præcept. q. 6. p. vniue. n. 1. & alij communiter.*

5. *Dixi sub iis generibus variae species sacrilegij contineri. Neque enim eiusdem speciei est sacrilegium commissum in persecutione clerici, ac commissum in imponendo ei aliquod tribulum, illius verē ad tribunal facultate defendendo. Et idem est de sacrilegio commissio aduersus locum sacrum, quod in variis species diuiditur secundum varias actiones, que ibi sunt prohibita, scilicet furium feminis, vel languinis emissio, judiciali strepitum, &c. Tertium genus clarius est sub se varia species contineat. Neque enim esse potest eadem sacrilegij species irreverenter tractare sacramenta, ac vasa sacra, ac imagines, reliquias, & bona Ecclesiastica. Dicendum ergo est illam trimembrem diuisionem sacrilegij esse generis, in species subalternas: sic latè probat Suarez dict. 10. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. cap. 5.*

§. II.

Explicatur supradicta Diuiso Sacrilegij.

S V M M A R I V M.

1. Qualiter lasso persona sacra sacrilegium sit.
2. Multipliciter persona sacra lasso potest: & an omnes habentes sacrilegia sint, examinatur.
3. Qualiter violatio loci sacri sacrilegium constitutat.
4. Sacrilegium est irreverentia sacramentis facta, & quid de facta Eucharistia. An distinguatur ab irreverentia Deo in sua persona facta?
5. Irreverentia in sacrificio facta gravior malitia est: quam sacrilegium.
6. Vasa sacra, imagines Dei, & Sanctorum reliquias profanare sacrilegium est. & quid si reliquia, & imagines Sanctorum profanentur, quatenus sunt imagines, & reliquia aliquorum, quibus ob propriam excelleniam veneratio debetur?
7. Profanatio sanctorum verborum est sacrilegium.
8. Item & ornamentorum Ecclesia, & ministrorum.
9. Alienare bona Ecclesia absque debita solemnitate sacrilegium est.
10. Quid dicendum de retentione decimarum, & legatorum.
11. Quid de tempore sacro, scilicet diebus festiis? Non videtur inter res sacras numerandam.
12. Prima diuiso sacrilegij (ut dixi) est qua committitur circa personam sacram. Personam sacram voco Ecclesiam, quæ tum ordine, tum religionis statu specialiter in Dei